Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26479
Copyright: Admont, Benediktinerstift

altaris. et huiuscemodi preces emisit. Beate stepha
ne qui sanguine tuo testimonium christo perhibu
isti. deprecationem meam tuis meritis domino commen
dato. ut tua intercessione hodie cor domini mei
regis euertat [illegible] secundum uoluntatem meam.
ne uelamen quod [illegible] amore dei suscepi auferat
de capite meo. Uiri ergo qui erant cum illa hec ui
dentes. uenerunt ad regem. et nunciauerunt
ei que facta fuerant. Et ille aduocans sacerdo
tes. et quosdam principes suos. cepit inquirere
ab eis. quid super hac re faciendum censerent.
Cyprianus arelatensis regi respondit. Quia ut
liquido claret puella hec cum a demonio erue
tur. hoc se uoto quod professe uidetur con
strinxit. cauendum tibi est ne forte si irritum
feceris uotum eius. rediuiuo demonum conprima
tur incursu. et sint illi nouissima peiora pri
oribus. tu uero tanti criminis reatum incurras.
Rex uero iustitia tenax et timore plenus huic